Viminibus. molliqʒ paras detexere iunco

Inuenies alium. ſi te hic faſtidit alexis.

Inter locutores Manalcas et Dameta emuli concertantes. Et palemon iudex. Egloga tercia.

Me.

Dic mihi dameta cuium pecus. an melibei

Nō. verum egonis nuꝑ mihi tradidit egon Da.

Infelix o ſemꝑ ouis pecus. ipſe neeram Me.

Dum fouet: ac ne me ſibi preferat illa veretur

Hic alienus ouis cuſtos bis mulget in hora

Et ſuccus pecori: et lac ſubducitur agnis Da.

Parcius. iſta viris tamen obijcienda memento

Nouimus et qui te tranſuerſa tuentibus hyrcis

Et quo. ſed faciles nymphe riſere ſacello Me.

Tum credo: cum me arbuſtum videre miconis

Atqʒ mala vites incidere falce nouellas. Da

Aut hic ad veteres fagos. cum daphnidis arcum

Fregiſti. et calamos: que tu peruerſe menalca.

Et cum vidiſti puero donata. dolebas.